spe vocationis vestre. Unus domi
nus. una fides. unum baptis
ma. Unus deus et pater omnium
qui super omnes et per omnia et in
omnibus nobis. Qui est benedictus
in secula seculorum amen. Gr.
Beata gens cuius est dominus deus eorum po
pulus quem elegit dominus in hereditatem
sibi. V. Verbo domini celi firmati sunt et spi
ritu oris eius omnis virtus eorum.
Alleluia. V. Paratum cor meum deus para
tum cor meum cantabo et psallam in gloria
mea. Secundum lucam. 2
In illo tempore. Cum intraret
ihesus in domum cuiusdam prin
cipis phariseorum sabbato
manducare panem et ipsi ob
servabant eum. Et ecce homo
quidam ydropicus erat ante
illum. Et respondens ihesus dixit



kat.komp.
V
B J
C
3060–3066
Inc.

Lub bvern

Hiwum



Canon Sacratissime misse. vna cum expositione eiusdem. vbi in primis premittitur pulcra contemplatio ante missam habenda de cristi pulcritudine Et quomõ ipsa in sua passione ab eo oĩno fuerat ablata Qualiterqꝫ quilibet celebrans debeat esse dispositus. Incipit foeliciter.







Cum omnis creatura ratōalis maxime a deo
ideo condita sit. quo amore ⁊ intelligētia. suo
optimo ⁊ incōmutabili bono ꝯiungi poterit
suauib⁹ ac internis perfrui ei⁹ aspectibus. et
inter oscula ꝑdilcti dulcē accipere soporē ope
pretiū est vnicuiqꝫ qtin⁹ sese ad hoc disponere. et que iter
eius prepediunt. per summū aīi studiū ex se repellere stu
deat. quo pacto. suum predilectū cōtemplari valeat. Hec e
est. deum deorū in syon Ipse ꝑfecto est dilect⁹ me⁹ can=
didus et rubicūdus. electus ex milib⁹ inquit sponsa can=
ticorū quinto Candidus est eīn dilect⁹ meus quē querit
aīa mea per splendorē sanctitatis. Rubicūdus ex fusio
ne sui sanguīs ⁊ per ardorē passionis Ipse est candidus
per humanitatē. qꝛ de virgine nat⁹ et a labe peccati mū
dus Ipse est rubicūdus martirio qꝛ peccatores lauit san
guine suo Electus ex milib⁹ a deo patre suo. ex milib⁹ scꝫ
apostolorū et aliorū sanctorum agminib⁹ vt per eum re
conciliareṫ mundus Hūc si fidelis aīa querere et inue
nire desiderat. sumope sibi est agendū vt in hac valle la
crimaꝝ ascensiones ī corde suo disponet et prepareṫ se ad
videndū deum deorū in syon. ad quē non pedū gressib⁹
sed bonarū affectionū cursibus et pijs meditationibus
ipsa gradi et rapi poterit et solū castissimis et purissimis
cordis oculis ipsum valeat intueri Itaqꝫ fidelis aīa ra
pta et ad dei cōspectū per viā contēplatōis adducta Vi
dens omnē sapientiā. i. diuinitatē sui predilecti. et domū
eterne mansionis quā dilectis edificauerat. ⁊ cibos mēse
eius magne ī regno suo. ⁊ habitacula seruorūꝫ. i. beatoꝝ
habentes multas et meritis et natura inter se differētes
mansiones Vestesqꝫ eorum. i. diuersarum virtutum et
gratiarū non habebit intra se vltra spiritum. diceṫqꝫ ad
sponsam dilecti predilectā Qualis est dilect⁹ tuus ex di
lecto o pulcherrima mulierū. qualis est ostende nobis fa
ciem ei⁹. doce nos qualis et ꝙ rubicūdus fact⁹ est in sua

amarissima passione q̃ magnꝰ sit q̃ candidus in diui-
nitate et sua humãitate dilectꝰ tuus cristus natus ex di-
lecto deo patre. quẽ vtiqȝ hic video in syon. Hoc est in ta
li contemplatõe et speculatõe sue hũanitatis. et maxime
tanti misterij huiꝰ sacramẽti eucaristie. Doce nos pulcri
tudinẽ eius absconditã. speciebꝰ panis et vini velatam.
qualis est dilectꝰ tuus o pulcerrima mulierũ Dilectꝰ me
us vt dixi candidus et rubicũdus electꝰ ex milibus Ca-
put eius aurũ optimũ. come eius sicut elate palmarũ. ni
gre quasi coruus canti. v j. ꝛc Caput cristi reuera qui sub
spetie panis et vini et sub qualibet spetie etiã distincti to-
taliter integraliter continet. est diuinitas. qꝛ sicut caput
continet corpꝰ sic diuinitas continet humanitatẽ eiꝰ as-
sumtam Hoc caput est aurum optimũ. i. purissimũ. qꝛ si
cut aurũ oĩa metalla precellit fulgore et dignitate. ita di
uinitas oĩa precellit honore et maiestate Come eius sunt
elate palmarũ. hoc est. angelice virtutes et potestates spe
cialiter deo vt come capitis inherẽtes. sunt semꝑ pulcritu
dinem eiꝰ intendẽtes. et cũ laude et gloria in hoc sacrame-
tio summo regi cristo sunt famulantes. Sed nigre sunt
quasi coruꝰ scȝ infidelibꝰ. quia deus et cristus eiꝰ. ymmo
et sancti angeli stultis sunt ĩ hoc sacramẽto despicabiles
dicentes. Aĩa nostra nauseat super cibo isto leuissimo
Oculi eiꝰ sicut columbe sup riuos aquarũ. Hoc est. dona
sancti spiritꝰ que ipse dat in hoc sacramẽto. amatores su
os non insceno more porcorũ volui pmittunt. sed in simi
litudine aquarũ. claros et perspicuos reddũt. nil tenebro
sum habẽtes. que lacte sunt lote. qꝛ sicut mater sola dile-
ctione naturali lac filijs ministrat. sic deus sola grã do-
na carismatũ filijs donat (que residẽt iuxta fluenta ple
nissima) qꝛ quanto de deo clarius vident. tanto magis
ad altiora cognoscẽda intendũt (Gene illiꝰ sunt areole
aromatũ) hoc ẽ. modestia et pietas que in xp̃o singula-
riter refulsit dulcedine doctrinaruȝ delectabat presentes

et attrahebat absentes.que aerole sunt consite a pigmē
tarijs.i.medicis scz apostolis et ꝓphetis aiarū medicis
qui concordi voce.non solū cristi sermones.sed et mores
sacris paginis quasi areolis descripsere. Labia eiꝰ distil
lant mirram primā.hoc est.verba doctrine eiꝰ.que clari=
tatem regni celestis promittūt grauia patientibꝰ et mir
ram primā.cōtemptū mundi et voluptatū predicāt. Ma
nus eius tornabiles.hoc est.opa cristi sunt polita et ꝑfe=
cta vt tornatura. Que em̄ verbo docuit ope impleuit.et
hee manus sunt auree qr virtutes quas ī hoīe gessit di
uinitatis gloria ꝑfecit.que nos ad spem et amorē celestiū
excitant plene iacinctis.qr in cruce manus cristi ꝑforate
clauis quasi purpureo sunt colore resperse rubore san=
guinis. Venter eiꝰ eburneus.hoc est.fragilitas humāi=
tatis est nitens candore castitatis.et ab omni peccato im
munis.distinctꝰ zaphiris ratōe humanitatis et diuini=
tatis. Crura illiꝰ columne marmoree.hoc est.itinera in=
carnatōis eius sunt recta et firma.qr quicquid per eū ge
stum est ante tpa a deo dispositū est.que colūne fundate
sunt sup bases aureas.i.prophetas sapiētia lucētes.quia
talis in carne apparuit.qualis ab illis predictꝰ in diuina
dispositione fuit. Spēs eius vt libani.hoc est.pulcritudo
eius est decor oīm sanctorū.sicut libanus est decor omni
um montiū.electꝰ vt cedri Sicut cedrus pulcritudine for
titudine.sublimitate antecedit Sic cristus dilectꝰ spetio=
sus pre filijs hoīm forma.qr ipse non accepit ad mensurā
sed totū deum.et nos omēs de plenitudine eiꝰ accepimus
Guttur illius suauissimū.hoc est.internꝰ sapor et dulce=
do verborū eius quā pauci gustant est suauissima. Qui
autem gustant amplius esuriunt Et totus desiderabi=
lis cristus scilicet deus et homo.quia non solum ſm di=
uinitatem.sed etiam ſm humanitatē.ab initio concepci
onis.vsqz ad triumphū passionis resurrectōnis ascensio
nis est in omnibus desiderabilis. Talis est dilectꝰ o aīa

fidelis sub velamine spetierũ huius sacramenti positus
Deus et homo. lux ⁊ vita. conditor mundi Talis est dile
ctus meus. et ipse est amicus meus filie hierusalẽ. hoc est
fidelis aĩa Si igit̃ vis diligere cristũ. et ab eo diligi. ne
cesse est vt talem euz qualem dixi intelligas. et postremo
qualis pro te factus est in agone mortis. ille spetiosus for
ma pre filijs hominũ. ⁊ quomõ nõ est speties ei neqz de=
cor. Vidim⁹ inquit propheta Jsaye. 53. et non erat aspe=
ctus. et desiderauim⁹ eum despectũ et nouissimũ virorũ
virum dolorũ et scientem infirmitatẽ. Et erat quasi ab=
sconditus vultus eius et despect⁹. vnde et nec reputaui=
mus eum. Et nos reputauim⁹ eũ quasi leprosum et per
cussum a deo et humiliatũ. a planta pedis vsqz ad ver=
ticem non est in eo sanitas. Vulnus et liuor et plaga tu=
mens nõ est circũligata. nec curata medicamie. nec fota
oleo Talis est dilectus meus o aĩa fidelis. ille dilect⁹ cã
didus et rubicũdus ex milib⁹ electus. factus pro te. Con=
templare eum et vide. quomõ omnis speties et decor ab=
scessit ab eo. inspice caput eius inclitũ Contẽplari o aĩa
fidelis quo pacto hoc scz caput aureuz et optimũ ymmo
hoc caput angelicũ et tremebundũ spiritibus. iam densi
tate spinaꝝ vndiqz perforatũ. Facies illa decora pre fi=
lijs hominũ. Heu iam pro te o aĩa fidelis sputis iudeo
rum deturpat̃. Jpse eñi est vulnerat⁹ propter iniquita=
tes nras. attrit⁹ est propter scelera nrã inquit ꝓphã. Ocu
li predilecti sicut columbe super riuos aquarũ. sole lucidi
ores. heu iam caligant̃ in morte. Aures que audiunt an
gelicos cantus. modo audiunt peccatoris insult⁹. Vach
qui destruis templũ. si es filius dei descende nunc de cru
ce. Os eius quod docet angelos felle et aceto potat̃ Ma
nus eius tornabiles que formauerunt celos sunt in cru=
ce extense et clauis affixe. Pedes quorum scabellũ adora
tur cruci clauo affiguntur. Venter eius eburneus reue=
rat et totũ suum corpus candidissimũ dirissime verberat̃

laceratur et oīno concutitur. Latus eius lancea perfora
tur. et quid plura nō remānsit ī eo aliqua sanitas. nisi li-
gua vt testamentū suū constitueret. et singulis opera pie
tatis distribueret. apostolis persecutionē. iudeis corp⁹. pa
tri spiritū. virgini paranymphū. latroni paradisuz. pec-
catori infernū. cristianis penitentib⁹ crucē. Talis est dile
ctus meus factus pro te o aīa fidelis. o sacerdos sancte
qui iam ī hoc offitio sacratissime misse cupis cōiungi cri
sto. ipse est amicus meus. ipse est candidus vt nix. ipse est
rubicundus. Rubrū em̄ est indumentū eius. et vestimen
ta eius sicut calcantiū in torculari. O sacerdos sacerdos
aīaduerte vocem dilecte. aīaduerte et audi in quibus
dilectus tuus laudat̄. quibus laudib⁹ et tu inuiteris. ad
sectandas et obseruādas has virtutes pretermissis om-
nibus ceteris virtutib⁹ per duo tm̄ dilectus. cui assotiari
desideras laudat̄. videlicet p̄ mundicitiā vite. et martirij
penam. vt et tu imitando castitatez et mentis et corporis
mundicitiā teneas. et patientiā pro cristo in omnib⁹ ad-
uersis feras gratanter. Tenetur profecto vnusquisqz sa
cerdotū. etiam voto solenni vt inquit venerabilis doctor
Johannes gerson cancellari⁹ parisiensis in tractatu de
vita spirituali aīe. et in trac. de castitate cleri. prope finē
ad castitatē seruandam perpetuā. qꝛ non solū vouit sed
votū solennisauit p̄ ordinis susceptionē. Jdeo subdit Si
nesciuit sciat. Est em̄ vt inquit canon Cū in precepto. 84
dis. et in. c. aliter. castitas annexa ordini sacro Et etiā re-
gule monachali. vt cōtra eam nec summ⁹ pontifex pos-
sit licentiā indulgere. in. c. cū ad monasteriū de sta. mona
chorū. Et. 27. q. j. c. j. ꝙ qui fidem castitatis vouerūt deo.
irritā fatiendo. damnationē incurrūt. Etiā canon Ante
trienniū dis. 3j. prohibet. ꝙ nullus ad altaris ministeriū
debet accedere. nisi castitas eius ante fuerit approbata.
Jdeo dicit. c. de his quoqz. 28. dis. Cauendū est his. et lo-
quit̄ de sacerdotib⁹. dyaco. et subdia. ne qn̄ sue sponsiōis

immūdiores. aut ad terrenas nuptias. aut ad furtiuos cō-
cubitos vltro concurrāt. quod si forte fecerint vt sacrilegi
rei vel ecclesia habeant͛ extranei. Pena aūt sacrilegij est
infamia in. c. infames. vj. q. j. In. c. attendendū. in. c. si q̄s
vij. q. iiij. Tenetur igit͛ sacerdos non modo exemplo sui
predilecti ad continentiā et mentis puritatem sed etiā ex
voto solenni. immo ex statuto ecclesie vt iam probatū est
Et hoc ideo. q͛ sacerdos qui totus est domino et dilecto
suo consecrat⁹. et expeditus a cura rerum familiariū. et
solutus legibus ciuilib⁹. debet orationi iugiter vacare.
Ideo rōnabl'r astringit͛ voto castitatis. Attende queso o
cristi sacerdos et inspice veteris legis sacerdotes. dūtaxat
in altare domini hircos et vitulos ꝑ peccatis offerentes
quanta sup̱ alios sanctitatis. quāta castitatis eis impo-
nebatur artatio. vxorē non nisi virginē. non nisi semel ⁊
vnicam. non repudiatā. non sordidā. ipsis fas erat acci-
pere. Vacabāt ab vxorū amplexu quolibet tp̄e vicis sue.
et quando offerre volebāt domino. sub mortis intermīa
tione. si moriebat͛ vxor eius in adolescētia continendi ne
cessitas incūbebat. leuitici. xxj. Et quoniā assidue nostri
sacerdotes sacris occupant͛ misterijs non hircū aut vi-
tulum sed agnū immaculatū domīo offerentes. quid di
uinius q̄ʒ vt cōtinua polleāt castitate. vacāt legi dei quā
ab eorū ore populus requirit. Hec aūt lex sicut immacu-
lata est, immaculatū speculatorē et doctorem exigit. Nō
moueat vos o preclarissimi sacerdotes grecorū sacerdo-
tū coniugiū. sed potius mente intimi⁹ sequentia perpen
dite. cur ipsi et eoruʒ populus ferocissimis cristi nominis
inimicis subiugati sunt. nullo honore et dignitate am-
modo affecti. et illa qua iampridem legisperitia fuerant
prediti. modo penitus sunt priuati. Omnis deniqʒ scien-
tiarum ornatus. quo primeuis temporib⁹ mirūimmodū
pollebant. abscessit ab eis. Et in varias iam supra modū
corruerūt errores. dissonos romāe ecclesie vereqʒ pietati
profecto nō alia ex causa. nisi q͛ dereliquerūt fontem vi

laceratur et oino concutitur. Latus eius lancea perforatur. et quid plura nō remāsit ī eo aliqua sanitas. nisi ligua vt testamentū suū constitueret. et singulis opera pietatis distribueret. apostolis persecutionē. iudeis corp⁹. patri spiritū. virgini paranymphū. latroni paradisuȝ. peccatori infernū. cristianis penitentib⁹ crucē. Talis est dilectus meus factus pro te o aīa fidelis. o sacerdos sancte qui iam ī hoc offitio sacratissime misse cupis cōiungi cristo. ipse est amicus meus. ipse est candidus vt nix. ipse est rubicundus. Rubrū em̄ est indumentū eius. et vestimenta eius sicut calcantiū in torculari. O sacerdos sacerdos aīaduerte vocem dilecte. aīaduerte et audi in quibus dilectus tuus laudaẜ. quibus laudib⁹ et tu inuiteris. ad sectandas et obseruādas has virtutes pretermissis omnibus ceteris virtutib⁹ per duo tm̄ dilectus. cui assotiari desideras laudaẜ. videlicet ꝑ mundicitiā vite. et martirij penam. vt et tu imitando castitateȝ et mentis et corporis mundicitiā teneas. et patientiā pro cristo in omnib⁹ aduersis feras gratanter. Tenetur profecto vnusquisqȝ sacerdotū. etiam voto solenni vt inquit venerabilis doctor Johannes gerson cancellari⁹ parisiensis in tractatu de vita spirituali aīe. et in trac. de castitate cleri. prope finē ad castitatē seruandam perpetuā. qꝛ non solū vouit sed votū solennisauit ꝑ ordinis susceptionē. Jdeo subdit Si nesciuit sciat. Est em̄ vt inquit canon Cū in precepto. 84 dis. et in. c. aliter. castitas annexa ordini sacro Et etiā regule monachali. vt cōtra eam nec summ⁹ pontifex possit licentiā indulgere. in. c. cū ad monasteriū de sta. monachorū. Et. 27. q. j. c. j. ꝙ qui fidem castitatis vouerūt deo. irritā fatiendo. damnationē incurrūt. Etiā canon Ante trienniū dis. xj. prohibet. ꝙ nullus ad altaris ministeriū debet accedere. nisi castitas eius ante fuerit approbata. Jdeo dicit. c. de his quoqȝ. 28. dis. Cauendū est his. et loquiẜ de sacerdotib⁹. dyaco. et subdia. ne qn̄ sue sponsiōis

immūdiores.aut ad terrenas nuptias.aut ad furtiuos cō=
cubitos vltro concurrāt.quod si forte fecerint vt sacrilegi
rei vel ecclesia habeant extranei. Pena aūt sacrilegij est
infamia in.c.infames.vj.q.j. In.c.attendendū.in.c.si qs
vij.q.iiij. Tenetur igit sacerdos non modo exemplo sui
predilecti ad continentiā et mentis puritatem sed etiā ex
voto solenni.immo ex statuto ecclesie vt iam probatū est
Et hoc ideo.qr sacerdos qui totus est domino et dilecto
suo consecrat⁹.et expeditus a cura rerum familiariū.et
solutus legibus ciuilib⁹.debet orationi iugiter vacare.
Ido rōnabl'r astringit voto castitatis. Attende queso o
cristi sacerdos et inspice veteris legis sacerdotes.dūtaxat
in altare domini hircos et vitulos ꝑ peccatis offerentes
quanta sup alios sanctitatis.quāta castitatis eis impo=
nebatur artatio.vxorē non nisi virginē.non nisi semel ⁊
vnicam.non repudiatā.non sordidā.ipsis fas erat acci=
pere. Vacabāt ab vxorū amplexu quolibet tpe vicis sue.
et quando offerre volebāt domino.sub mortis intermīa
tione.si moriebat vxor eius in adolescētia continendi ne
cessitas incūbebat.leuitici.xxj. Et quoniā assidue nostri
sacerdotes sacris occupant misterijs non hircū aut vi=
tulum sed agnū immaculatū domīo offerentes.quid di
uinius ꝙ vt cōtinua polleāt castitate.vacāt legi dei quā
ab eorū ore populus requirit. Hec aūt lex sicut immacu=
lata est.immaculatū speculatorē et doctorem exigit. Nō
moueat vos o preclarissimi sacerdotes grecorū sacerdo=
tū coniugiū.sed potius mente intimi⁹ sequentia perpen
dite.cur ipsi et eoruꝫ populus ferocissimis cristi nominis
inimicis subiugati sunt.nullo honore et dignitate am=
modo affecti.et illa qua iampridem legisperitia fuerant
prediti.modo penitus sunt priuati. Omnis deniqꝫ scien=
tiarum ornatus.quo primeuis temporib⁹ mirūimmodū
pollebant.abscessit ab eis. Et in varias iam supra modū
corruerūt errores.dissonos romāe ecclesie vereqꝫ pietati
profecto nō alia ex causa.nisi qr dereliquerūt fontem vi

uum.mundissimū et castissimū.sacerdotij dignitatē con
taminādo.et cisternā dissipatam omnis immūditie fo=
mentū coniugiū preter consuetū et inhonestū sibi quesi=
ere.sancta domini polluēda.Ecce manus domini vali=
da et fortis super eos.quis ꝓ futuro securare eos poterit
a flamma incendij eterni.Neqȝ refert.qꝛ hmōi coniuga
ti.vel qūcūqȝ alij sacerdotes votū castitatis nō emiserit
Dico em̄ cum sanctis doctorib⁹ siue quis sacerdotū vo=
uens ore siue nō.perpetuā obseruare tenetur continētiaȝ
siue castitatē.dum aliquis sacerdotij dignitatē suscipit.
quia vt sic nedū vouet.sed votum etiā solennisat.matri=
monium iam contractū dirimens.nō minus ꝙ̄ in mo=
nachis quod summe notandū est.Redeat ġ vnusquisqȝ
tū precipue sacerdos ad cor ad dilectū suuȝ.cuius carac
terem mente gerit.Est em̄ sacerdotalis caracter proprie
caracter xp̄i vt inqͭ doctor sanct⁹.iij.p.q.lxiij.ar.iij.c.tan
ꝙ̄ ducis.quo figurant̄ fideles sacerdotio xp̄i.Imitetur
vnusquisqȝ vestigia ei⁹.eius videlicet qui est candidus ⁊
sine macula et rubicūdus ī aduersis vel carnis vel spūs
patientiā obseruādo.Nam ī patiētia vestra possidebitis
aīas vrās.Tristitia vrā ait crist⁹ discipulis loquens de
sua passione ꝯuertet̄ in gaudiū.ioh.xvj.Hec est illa tri=
stitia que ī gaudiū maxie eternū vertit̄ de cristi passiōe
precōcepta.de illa vtiqȝ tristitia saluator affat⁹ est.quaȝ
cordis mestitiā vel poti⁹ mētis compassionē aīa deuota
ex verbis signis sacri cāonis misse.si institutōeȝ eorundeȝ
aīaduerterit.optīe ꝯsequi poterit.que signa superiorib⁹
dieb⁹ ex doctrīa sanctoꝝ doctoruȝ in offitio misse satis ꝑ
me misticata.iuxta totū xp̄i passiōis seriē et explicata sūt
quare ad nudū textū eiusdē canonis misse ī pn̄ti ope me
ꝯuertā.ꝓ simplitiū ꝯteplatōe et notitia.de verbo ad ver
bū cū certis notabilib⁹ sacrū illū cāonē explicādo Taȝ
et si varios ꝑ doctores idē sacerrim⁹ canō ꝑ diuersa coꝝ
volumina late et multum diffuse quantum ad omnia
misse dubia antea.satis explicatus et masticatus sit

tamen ne quis prolixitate attediat᷒. vel tantorū doctorū clarissimorū dicta et singula dubia legere ⁊ relegere negligat. Aut fortassis ne quis ea sui propter inopiā emere ↄtemnat. in presentiarū breuitati inseruire cupiens. que dispendiose tradita sunt. hic presenti meo ī opusculo sub compendio. dimissis sacratissime misse dubijs. pro honore dei. et omniū fidelium. signanter quorū interest pagere ofitia sacratissime misse. p̄ profectu et deuotiōe. sacrum canonem de verbo ad verbū explicare preconcepi. Non iuxta meam sententiā. sed potius ꝫm intellectū verum ⁊ rectum doctissimorū virorū. et doctorum clarissimorum. breuia notabilia pro eiusdem elucidatōe annectādo. quatinus quilibet attentus lector et diligens. hec scripta relegendo et perlegendo. ea que concernūt diuinū cultum ⁊ sacratissime misse offitiū. precipue eius canonē intelligere valeat. cū mentis suauitate atqꝫ animi profectu. Accipe ergo o sacerdos. hec litterarū monimenta. et sanctorum doctorū optima documenta. his indesinenter adhereas. in his te exerceas. adiscendo. quomodo illa diuinissima sacramenta tractare debeas reuerenter. pura mēte tanto regi cristo compatiēdo. suamqꝫ nō minus speciositatem in amarissima passione oīno amissam deplangere studeas. Itaqꝫ voluntarie pro tuo dilecto. tristitiā assumere non negligas. que tristitia profecto in optimū et in incōmutabile iuxta dictum saluatoris conuertetur tibi gaudium et sempiternū quod nobis prestare dignetur trinus et vnus deus amen.

¶ Sequitur textus canonis.

¶ Sequitur textus canonis misse vna
cum expositione et declaratione eiusdem.

TE igitur clementissime pater
per hiesum xpm filium tuum
dominũ nostrũ supplices ro=
gamus et petim⁹ vti accepta habeas
et benedicas hec ✠ dona hec ✠ mune
ra hec sancta ✠ sacrifitia illibata.

¶ Canon sacratissime misse diuidit̃ in quīqz ptes pro=
pter quintuplicẽ sanguīs cristi effusionẽ. scz in sangui=
nei sudoris effluxiōe. flagellatōe. coronatiōe. crucis affixi
one. et lateris apertione. Prima pars subdiuidit̃ in duo
capitula Et capitulũ primũ iterũ subdiuidit̃ in tres ptes
Primo dirigit̃ petitio ad deũ vt has oblatiões acceptet
et benedicat. que ptes et capitula patebunt ſm ordinem.
¶ Et exponit̃ sic canon ¶ Te igit̃. i. certe assertiue sum
ptũ Vel exponitur pro ergo sumptũ continuatiue Cle=
mentissime. i. misericordissime Pater scz creatorē Per ihm
cristũ. tanq̄ p mediatorẽ Filium tuũ scz naturalẽ Do=
minũ nostrũ. non vsurpatiuũ sed dominũ dominantiũ
Supplices rogam⁹ ⁊ petimus. i. humiles nō presumẽtes
de nostris meritis. sed cōfidẽtes de tua benignitate. Uti
. i. vt aduerbiũ similitudinis Et debz acui in fine propter
vti verbũ infinitiui modi Accepta. i. grata Habeas. i. su
scipias Et benedicas scz ad verum et salubre sacrifitiuz
cōuertẽdũ Hec dōa a deo nobis collata Hec mũera a no
bis allata Hec sancta sacrifitia quo ad representationez
quia representãt corpus et sanguinẽ hiesu cristi Illibata
. i. immaculata ¶ Et illa tria idez significãt sed diuersis
rationib⁹ Ideo idem sub diuersis verbis hic reiteratur.
et hoc propter excitare deuotionẽ Unde Innocenti⁹ Se

omnū em̄ multiplicatio et inculcatio. pie deuotōis est exci tatio vel ineffabilis cōmendatio sacramēti Et dicuntur dona. qꝛ cristus fuit nobis a deo datus Munera qꝛ a iu da traditus Sacrificia qꝛ a iudeis ad mortez oblat⁹ Et hec dicunt̄ sancta. ratione significatōis. qꝛ significāt cor pus et sanguinē cristi Et illibata ratione offerētis. quia debet sine macula esse qn̄ hec offerre pretendit. alias iudi tiū sibi mādu cat et bibit. j. corinth. jj. ¶ Circa hāc lrām breuit̄ ē notādū ꝙ Canon a t incipit̄ sic formata. Ad modū thau vl' signuz crucis. qꝛ ꝭm ysidoruz littera thau significat crucem cristi Et in ista lit tera tria sunt notanda. Primo est ibi basis significans fidei fortitudinē Est etiā ibi stipes significās spei altitu dinem Et est ibi linea trāsuersalis significās latitudinē caritatis Debet em̄ habere sacerdos precipue thau ī fron te suo videlicet fortitudinē animi cōtra omne temptamē tū. spem ꝑ supernis obtinendis. et caritatē dei et proximi ad quē dirigit et pro quib⁹ dirigit̄ ei⁹ oratio ¶ Dicitur te igitur ad denotandū cōtinuationē prefationis ad ca nonē. et ꝙ nulla oratio infra prefationē et canonē preter sanctus est inserēda ¶ Multiplicant̄ etiā verba petitio nis scꝫ rogam⁹ ac petimus idem significātia. propter ex primere magnitudinez affect⁹ ¶ Dicunt̄ verba ista in plurali hec dona ꝛc̄. propter diuersitatē spetieꝝ atqꝫ sub stantiarū vini et panis Et ad hec verba scꝫ dona mune ra tres cruces fiūt ad designandū triplicē cristi traditōez scꝫ a patre. a iuda. et a iudeis. ab illis trib⁹ traditus fuit. Prima fuit ex gratia qꝛ ꝭm apostoluz Proprio filio suo non pepercit deus sed pro nobis omnib⁹ tradidit illum. Secūda ex auaritia de qua dicit̄ Judas querebat opor tunitatez vt eum traderet Math. 26. Tertia ex inuidia de qua iohis. 20. Gens tua et pōtifices tui tradiderunt te mihi Et signū crucis tribus digitis exprimendū est. que sub inuocatōe trinitatis exprimit̄. et a supiori transit ad

inferius. quia cristus de celo transit ad terrā. et producitur a sinistra in dextram. quia de miseria transire debem⁹ ad gloriā. sicut cristus transit de morte ad vitam. de inferno ad paradisum ꝛc. ¶ Sequitur textus.

In primis que tibi offerim⁹ ꝑ ecclesia tua sancta catholica quā pacificare, custodire, adunare et regere digneris, toto orbe terrarū, vna cū famulo tuo Papa nostro. N. et antistite nostro. N et rege nostro. N. ꝛ omnib⁹ orthodoxis, atqꝫ catholice et apostolice fidei cultoribus.

¶ Hec est scd'a pars primi capituli prime ptis. In qua fiunt oratōes pro his qui in dignitate constituti sunt. scꝫ tam pro gladio spirituali qꝫ seculari. et ꝑ tota eccl'ia que ab eis gubernatur. ¶ Sequitur expositio ¶ In primis. i. pncipaliter Que scilicꝫ dona munera et sacrifitia Tibi scꝫ deo patri Offerim⁹. i. sacrificam⁹ Pro ecclesia tua. i. ꝑ congregatōe oīm fidelīū vinculo caritatis vnita Sancta. i. confirmata et sanctificata Catholica. i. vniuersali Quā scꝫ ecclesiā Pacificare. i. vt pacē ab hereticis et scismaticis habeat Custodire scꝫ a vitijs et demonijs ꝛ inimicis Adunare scꝫ que dispersa est. inter pfidos iudeos. bohemos et paganos Et regere digneris scꝫ in prosperis et aduersis Toto orbe terraꝝ scꝫ diffusam Una. i. pariter aduerbiū congregādi Cū famulo tuo papa nostro et antistite nostro. i. episcopo nostro Rege nostro scꝫ romanorū vel imperatore Et omnib⁹ orthodoxis. i. cristianis. qui sub vtraqꝫ potestate fidem cristianā colūt Atqꝫ catholice. i. vniuersalis Et apostolice fidei. i. ꝑ apostolos

fundate Cultorib⁹.i.veneratorib⁹. ¶ Nota q̄ sacerdos gerit typū persone ꝯmunis.representās xp̄m.⁊ ideo dicit offerimus ad denotandū.q̄ sacerdos non eīm in sua.sed totius ecclesie ꝑsona sacrificat.quapropter nō minus vl maius perficiť a sacerdote bono vel malo.sicut nec infirmitas virtutē impedit medicine.q̄ȝ non in merito sacerdotis.sed in verbo conficiť creatoris. Non eīm iniquitas sacerdotis effectū impedire potest sacramēti.sicut nec infirmitas medici virtutē impedit medicine.sed tñ si malus sibi recipit ad eternā damnationē.si bonus ad vitaȝ eternā. ¶ Dicitur eīm pro antistite nostro.⁊ debet intētio referri ad episcopū in cui⁹ diocesi quis celebrat.nō a quo est ordinat⁹.vel a cuius diocesi est oriūdus. Antistes celebrans nō debet dicere.ꝓ antistite nostro. Etiā in diocesi romana.nō debet dicere celebrās.pro antistite.q̄a ista diocesis non habet antistitē.sed solū papam. ¶ Subiūgitur.pro rege nostro. Et ſm aliquos vt dixi intelligiť pro rege romanorū.quia papa et rex romanorū tenent apices gubernatōis ecclesie. Alij dicūt q̄ debet referri ad regem in cui⁹ regno sacerdos celebrat.sicut illud de antistite inferre debet ⁊c̄. ¶ In ista parte canonis et sequenti cōuenit inuestigare et scire quib⁹.et pro quibus.qualiter. et quare sacrifitiū altaris debem⁹ offerre.que quattuor ex ipso canone aduertere possum⁹. Primo quib⁹.scȝ soli deo.et indiuidue trinitati.quod tangiť ibi.reddūt vota sua eterno deo. Secundo pro quib⁹.q̄ȝ pro ecclesia catholica et omnib⁹ orthodoxis.ibi pro ecclesia tua sancta catholica. Tertio qualiter.scȝ in vnione fidei.⁊ ꝯmunione sanctorū.ibi. Cōicantes. Quarto quare scȝ pro beneficijs spiritualib⁹ eternis et t̄palibus.etiam pro omnib⁹ propter deū.ibi.pro redemptōe aīarū suarū. Et quia sacerdos vt dictū est.ꝯmunis persone typum gerens.et representans xp̄m.ideo etiā orat pro bono ꝯmuni vniuersalis ecclesie.rogādo ei quatuor scȝ tranquillitatem pacis.ibi

pacificare. custodiã ab adversariis. ibi. custodire Tertio adunationē omniũ in fide vna. ibi. adunare Quarto cõuenientem vniuersalis ecclesie gubernationē pro salute ominiũ fidelium. ¶ Sequitur textus.

Memento domine famulorũ famularũqz tuarum. N. et omniũ circumstantium quorũ tibi fides cognita est ꝛ nota deuotio qui tibi offerunt hoc sacrificiuz laudis pro se suisqz omnibꝰ pro redemptõe aĩarum suarum ꝑ spe salutis et incolumitatis sue. tibi reddũt vota sua eterno deo viuo et vero.

¶ Hec est tertia pars primi capituli prime partis. in qua spetialiter fiũt oratões pro quibusdã personis cõiunctis et circũstantibꝰ ¶ Exponitꝛ aũt littera sic. Memẽto. i. miserando recole Famulorũ. i. seruorũ Famularũ. i. ancillarum tuarũ colentiuz te per fidem catholicã Et oĩm. i. singulorꝫ Circũstantiũ. i. audientiũ missam Quorꝫ scz audientiuz Fides tibi. i. qui solus scis qui recte credũt Cognita est. i. mãifesta Et nota. i. aperta. Deuotio qui habent caritatē et cognoscis qui deuote te diligũt. eo ꝙ nihil tibi latet Qui tibi offerũt scz circumstãtes fideles ꝑ personã sacerdotis. Hoc sacrificium. i. hãc oblationē Laudis. i. in qua spãliter laudaris. qꝺ precipue dicitꝛ sacrifitiuz laudis. qꝛ es oĩ laude dignus Pro se scz ipsis Suisqz scz amicis Omnibꝰ scz familiaribꝰ. cognatis. ꝯsanguineis Pro redẽptiõe aĩaruz suarũ. i. ꝓ remissiõe peccatorꝫ quibꝰ. etiã remittuntꝛ Pro spe salutis. i. ꝓ eterna retributõe Et incolumitatis sue. i. sanitatis corporis ꝯseruãde vel acquirẽde. Tibi reddũt. i. reddẽdo tribuũt. Vota sua. i. deuotões suã

vel desideria vl' pmissa bõa Eterno deo. quo ad patrem
sm essentiã Viuo quo ad filiũ Et vero quo ad spm sctm
¶ Sequũr notabilia Dicit' eterno pter excludere hoies
Viuo pter sculptilia. et vero pter demões ¶ Dicit' no
tãter memẽto dñe. nõ q aliqua obliuio caderet ĩ deũ. ĩdo
dicim'. sed sicut illorũ oblinisti dr. quos sua grã non visi
tat. vt dt Innocenti'. sic et deus dr scire hos et noscere il
los quos visitat sua grã et quos approbat. Memẽto igi
tur faml'. p tuã grãz eos visitãdo. ¶ Notãdum est q in
illa cmẽoratõe p viuis tm debem' rogare. et non est ne=
cesse vocaliter eos tñ explicare. cũ de' sit exauditor cordiũ
plusq̃ vocũ. nec nimis magna mẽoria debet fieri. et hoc
pp' cordis distractionẽ. et mẽtis euagationẽ. sed breuiter
debet se sacerdos expedire. Potest tñ talis modus teneri
cogitãdo Memẽto rc. Pmo mei indigni sacerdotis. gra
tiã mihi tribuẽdo. vt hoc sacrifitiuz laudis valeã offerre
tibi et omib' sanctis tuis ad honorẽ. p me et omnib' pro
quib' teneor ad salutẽ ac psperitatẽ Scdo p parẽtibus
tam carnalib' q̃ spiritualib'. fratrib'. sororib'. patruis.
Et semp in genitiuo ista nomĩa debent memorari. Tertiõ
benefactorũ in genere In spetie istorũ. N. tribue illis iu=
xta tuam sanctã voluntatẽ. atq3 eorum corporis et aĩe
necessitatẽ. Quarto omniũ inimicorũ infidelium. reuo=
ca eos ab erroib' et insidijs eorum. vt omẽs gratiã tuaz
obtinere valeamus. Multum em laudabile 7 decens est
q sacerdos seruet personarũ ordinem. sm merita et dig=
nitatẽ. postq̃ suipsi' et suorum parentũ memoriã ha=
buerit Etiã non est necesse vt diximus. q nomĩa propria
exprimat. eo q deo nihil latet. sed solũ intentionẽ et affe=
ctum ad has psonas. pro quib' orare vult gerat. ¶ Et
nota q immediate postq̃ dictũ fuerit. Memẽto. d. f. f. q3. r
debet sequi talis cmẽoratio. et taliter vti dixim'. Deinde
completa cmẽoratione. sequi debet. et oĩm circũstantium
In quo notat' q̃ salubre est interesse deuote missam.

Cōmunicātes et memoriam venerantes in primis gloriose semper virginis marie genitricis dei et domini nostri hiesu cristi. Sed ꝛ beatoꝝ apostolorum ac martirū tuorū Petri pauli andree iacobi iohānis thome iacobi philippi bartholomei mathei simonis et thadei. lini cleti clemētis sixti cornelij cipriani laurētij crisogoni iohānis et pauli cosme et damiani Et oīm sanctorum tuorū quorū meritis precibusqꝫ concedas vt ī omnib⁹ ptectōis tue muniamur auxilio per eundem cristum dominum nostrum.

¶ Istud est secundū capitulum prime partis canonis in quo fiunt mēorie aliquorū sanctorū. et inuocationes pro suffragiis eorundem. ¶ Sequit̃ expositio. Cōmunicātes scꝫ in vnitate fidei cum sanctis sum⁹ hic in via. qꝛ participam⁹ cum eis in fide et quam ipsi habuerunt. et qđ ipsi crediderunt. et nos credim⁹ indubitāter. ¶ Et subiungitur. Memoriā venerātes. i. recolentes. scꝫ sanctorum oīm qui mediāte hoc sacrificio salutē consecuti sunt. In primis. i. pre omnib⁹ sanctis Gloriose. i. perpetue virgīs marie Genitricis. i. matris dei et domī nostri hiesu cristi In quibus notat̃ excellentia marie beate virginis. Ideo dicitur de ea. Sum quod eram. nec eram qđ sum. nunc dicor vtrunqꝫ. Sed et beatorū apostolorum. et hoc ideo. qꝛ

ipsi nobis tradiderunt formā et ritum offerendi hoc sa=
crifitiuz. Ac martirū tuorum. qui effusione sanguinis sui
tanq̄ꝫ testimonio probauerūt. Et nominantur. xij. apostoli
et. xij. martires. qui pro testamento dei et testimonio fidei
duodecim articulorū sua corpora tradiderunt. ¶ Sequi
tur Petri. quē dominus fecit clauigerū celi et caput eccle
sie. qui in primitiua ecclesia modū celebrationis ꝛ conse=
crationis misse adauxit. vltra verba consecratiōis domi
nicam orationē adiungēs. Pauli. qui raptus est ī tertiuz
celum modū celebrandi atqꝫ consecrādi didicit vt patꝫ. j.
corinthiorū. xj. Andree. qui de veritate hui⁹ sacramēti in
achaia multuz disputauit. Jacobi. scꝫ maioris intellige
fratris iohannis euangeliste. qui maior dicit. eo q̄ voca
tione prior q̄ꝫ alter fuit. Johānis. qui in cena recumbens
super pectus domini. altitudinē hui⁹ sacramenti pre cete
ris excellentissime hausit. Thome. qui in loca clauorū cri
sti digitos suos intulit. ad fidem confortandā. et de corpo
re glorificato de quo dubitauerat nos plenius instruxit
Jacobi minoris. qui frater domini agnominatur. eo q̄ si=
milius fuisse perhibetur. Et sic de alijs sanctis apostolis et
martirib⁹. quorum noīa hic in canone explicantur. qui
omnes hoc sacratissimū sacramentū suis passionib⁹ fide
li testimonio ꝯfirmauerūt. ¶ Circa quod notanduz est
quare alij sancti martires atqꝫ apl'i nō sunt īpositi. qui
tn̄ maximis passionib⁹ atqꝫ mirabilib⁹ claruerunt. sicut
sanctus steffan⁹ barnabas ꝛc. Respondetur q̄ canon iste
ex inspiratōe diuina est composit⁹. ideo isti ex diuina re=
uelatiōe hic sunt inserti. et non alij. Unde legit q̄ aliqui
sancti patres hic voluerūt aliquos interserere. et aliquos
remouere. in crastino noīa illoꝝ qui remouebantur. aureis
litteris inuenerūt inscripta. quapropter nullus tante au
datie debet esse. q̄ aliquē sanctū in canōe addere vel de=
ponere p̄sumat. ¶ Sequitur Et oīm sanctoꝝ tuoꝝ quorū
meritis et precib⁹. i. intercessionib⁹. Nā iuxta hieronimū

hec clausula apponit̄.q2 festiuitas omniū sanctorū sin=
gulis dieb⁹ celebrari non potest.cū dicit Eusebi⁹ q̄ i quo
libet die anni plusq̄ȝ quinqȝ milia sanctorū festa concur
runt.excepto die kalendarū ianuarij quo intendebāt gē
tiles epulis et solennitatib⁹ et nō ad martirisandū sctōs.
¶ Sequit̄ Ut muniamur.i.ꝓtegamur Auxilio.i.subsi=
dio Tue ꝓtectōis in omnib⁹ scȝ operib⁹.orationib⁹.acti=
onibusqȝ nostris.¶ Dubitat̄ quare hic i canone et in ce
lebratiōe missarū.sanctoꝝ memoriā celebram⁹ et eorum
auxiliū imploram⁹.Rn̄det̄ q̄ ecclesia memorat̄ sanctoꝝ
noui testamēti in ↄsecratōe hui⁹ sacrifitij.non vt aliquid
operent̄ ad ↄsecratōeȝ hui⁹ sacrīfiti.sed vt eorum meritis
iuuemur et sctificemur.qtūs digne et salubriter hui⁹ sa=
crifitij oblationē perfitiam⁹.¶ Concludit̄ tandem hec
oratio Per eundē xp̄m dominū nostruȝ.q2 sicut per ip̄m
oīa facta sunt.sic ⁊ oīa per ip̄m sunt terminād̄a.Et non
rn̄det̄ hic amen.q2 vt dicit ratōale.pie credit̄ et indubitā
ter presumit̄.q̄ iam assunt angeli.ip̄ī sacerdoti ministrā
tes.et loco ministratoꝝ amen respondētes.Quare sancti
a nobis sunt venerādi.Rn̄det damas.li.iiij.c.vij.⁊ ponit
quatuor rōnes que pro vna computant̄.scȝ quia amici
sunt dei ioh.xv.Iam nō dicā vos seruos sed amicos me
os.Scd̄o q2 filij dei.Joh.i.Dedit eis potestatē filios dei
fieri Tertio heredes dei.Ro.viij.Si aūt filij dei et here=
des.Quarto duces vestri.De quo da.sic dicit Si quis
multū laborat ducem inuenire.qui cū alicui regi morta
li adducat.et ꝓ eo ad ip̄m verbum fatiat.q̄to magis du
ces gn̄is humani qui ꝓ nobis ad deum interpellatōnes
fatiunt sunt honorandi tēpla eis erigendo et memoriā
eorum venerando. ¶ Sequitur textus.

Hanc igit̄ oblatōeȝ seruitutis nostre
sed et cuncte familie tue quesum⁹ do
mine vt placatus accipias diesqȝ nrōs

in tua pace disponas atq3 ab eterna damnatiōe nos eripi. et in electorū tuorum iubeas grege numerari Per cristum dominū nostrum.

¶ Ista est secūda pars principalis canonis ī qua postulatur dei patris benigna placatio. et hui⁹ sacrāmti ꝯsecratio et ſm hoc ista ps subdiuidit̄ in duo capitula. Primo postulat̄ dei patris benigna placatio. vt sic placat⁹ acceptet nostra sacrifitia et det nobis pacem. et vt liberet nos de massa et ꝯgregatōe dānatorū. ⁊ enumeret nos inter electos suos ¶ Sequit̄ expositio Hāc igit̄ oblationē. i. oblatū sacrifitiū Seruitutis nr̄e sc3 qđ tibi in vera adoratōe soli deo offerim⁹ Sed et cūcte familie tue sc3 militātis sub vexillo sancte crucis et xp̄iane militie. Quesum⁹ dn̄e sc3 oīpotens. et pater clemētissime Ut placat⁹. i. mitigat⁹ precibus et intercessionib⁹ sanctoꝝ tuorū Accipias. i. gratāter acceptas Diesq3 nr̄os. i. tp̄a vite nostre In tua pace. i. in tranquillitate pacis et securitate Disponas. i. ordines Atq3 ꝑ et Ab eterna dānatōe. i. pena infernali Nos eripi. i. mīficorditer liberari Et ī electoꝝ tuorū. i. sanctorū a te eternaliter p̄destinatoꝝ Jubeas grege. i. ꝯsortio ⁊ aggregatōe Nūerari. i. assotiari Per. x. d. n. ¶ Ista littera iam lecta est quodāmodo ꝯcl'o oīm predictoꝝ spāliter huius qđ per oblationē hui⁹ sacrifitij impetrare intendimus. Et est sn̄ia ista. q2 sancti tui dn̄e quorū ꝯmemoratio iam acta est. q̄ nobis ritū et formā h⁹ sacrāmti tradiderūt et reliquerūt. Ip̄mq3 offerēdo et sumēdo gratiā ꝯsecuti sunt sic et nos meritis ⁊ precib⁹ eorū tua solita ꝓtectōe muniri ꝯfidim⁹. Jccirco illis ꝑ nobis sic intercedētib⁹ rogam⁹ ꝯfidēter. qtūs tu de⁹ pater p. x. d. n. idē sacrifitiū qđ tibi soli deo vera adoratōe impēdim⁹. placat⁹ meritis et intercessionib⁹ sanctoꝝ tuorū approbādo accipias. ⁊ gratuite

acceptes. vt hoc sacrifitiũ. trãquillitatẽ pacis. liberatõez ab eterna damnatione. et consortium tuorum sanctoruz omniũ nobis obtineat. ℭ Sequitur canon.

Quam oblationẽ tu deus in omnib⁹ q̃sum⁹ bene ✠ dictã ascri ✠ ptã ra ✠ tã ratõnabilẽ acceptabilẽq3 facere digneris. vt nobis corpus ꝛ sanguis. fiat dilectissimi fily tui dñi nostri hiesu cristi

ℭ Istud ẽ scd̃m capl'm scd̃e ptis. ĩ quo petiẽ magnuz et arduũ. scz ꝙ ex esca materiali fiat nobis corp⁹ ꝛ sanguis d. n. i. x. Et est s̃nĩa ista. O de⁹ pater clemẽtissime nos petimus qtũs hãc oblationẽ ꝯsecrare. approbare ꝛ cõsuare digneris. ĩ rõnabilẽ et acceptabilẽ tibi hostiã vel sacrifitium. ita vt ad nrãm salutẽ panis et vinũ fiat corp⁹ ꝛ sanguis dñi dei nrĩ ihũ xp̃i dilectissimi filij tui. ℭ Expõiẽ sic Quã oblatiõz. s. s̃uitutis nrẽ Tu deus. s. pater clemẽtissime In oĩb⁹. s. rebus quesum⁹ digneris facere. Benedictã. i. ꝯsecratã Ascriptã. i. approbatã Ratã. i. firmã Rõnabilẽ. i. diuine rõni et volũtati ꝯformẽ Acceptabilẽq3. i. acceptabile sacrifitiũ Ut. s. panis et vinuz Nobis. s. ad nrãz salutẽ Corp⁹ ꝛ sanguis fiat. d. s. t. d. n. i. x. ℭ Diciẽ notanter sacerdos hic. fiat nobis. ideo. q2 sacerdos ẽ solũ mĩster h⁹ ineffabilis ꝯuersiõis. ideo nõ in p̃sona ꝓpria loquiẽ. s̃ in p̃sona xp̃i loquẽs fiat. Et ĩ hoc ꝯformat se v̾bo creatõis Genes. j. Fiat lux sine fiãt luminaria. q2 eadẽ potẽtia reqriẽ in trãssubstãtiatõe sicut ĩ resurrectõe ꝛ ĩ rerũ creatõe ꝛ in verbi dei incarnatõe lu. j. Fiat mihi s̃m verbũ tuũ Cõuenies. n. ẽ immo oportz ꝙ hec trãssubstãtiatio fiat p̲ v̾ba trãsitũ s̃cãtia. ido nõ d̾r ꝙ panis sit corp⁹ xp̃i. s̃ bene d̾r. panis fiat corp⁹ xp̃i. ideo bñ poniẽ. fiat. ℭ Circa qd̾ notãdũ ꝙ sacerdos h̾ facit. v. cruces. tres sup̲ panẽ ꝛ calicez in ꝯi q̃n d̾t Bñdic. ascri. ratã. duas. vnã sup̲ panẽ q̃n d̾t corp⁹

reliquã super calicem. quãdo dicit sanguis. Et represen-
tant nobis vendicionẽ iude. que fuit maledicta. ꝓscripta
irrita. iniqua et detestabilis. Ideo dicit sacerdos. Sed tu
deus hanc oblationẽ digneris facere benedictã. pro qua
nos in celestib⁹ benedicas. Judas deletus est de libro vi
ventiũ. et cum iustis non est scriptus. Ascriptaꝫ. pro qua
nos inter electos ascribas. Judas se laqueo suspendit. et
episcopatũ ei⁹ accepit alter. Ratam. per quã ratum ⁊ cer
tum sit noscere salutis ꝓmissum. Judas exist ꝯdemnat⁹
et oratio ei⁹ facta est in peccatũ. Ratõabile per quã rati-
onabile fiat nostre servitutis obsequiũ Judas reddit ma
lum pro bonis. et odiũ pro dilectione retribuit. Accepta-
bilemqꝫ per quam reddas nos tibi acceptos.

Qui pridie ꝙ pateret accepit panẽ in
sanctas ac venerabiles man⁹ suas ele-
vatis oculis in celum ad te deũ patrẽ
suũ omnipotẽtẽ. tibi gratias agẽs. be
nedi ✠ xit. fregit et dedit discipulis su
is dicẽs. Accipite et mãducate ex hoc
omnes. Hoc est enim corpus meum.

¶ Ista est tertia pars principalis canonis ĩ qua ponun
tur verba consecrationẽ efficientia et finaliter perficien
tia. Et dividit in duo capitula In primo introducũtur
verba consecratõis cristi. et illud representat ꝙ domin⁹
noster hiesus crist⁹ in cena fecit. quã particulaꝫ alexãder
primus sic ordinasse dicit. et addidisse ƀm formã aposto
lorum et evãgelistarũ sic derelictã. ¶ Et est sentẽtia ista
O pater clemẽtissime. dñs noster hiesus cristus filius tu⁹
proxima die precedente passionẽ suam. hora cene accepit
panem. ĩ venerabiles manus suas. et elevãdo oculos su-
os in celuꝫ ad te deũ patrem suum omnipotentẽ et grãs

a zendo benedixit dicens Hoc est em̄ corpus meū.in cor=
pus suum transsubstantiādo. Et fregit et dedit discipul'
suis dicens Accipite ⁊ manducate ex hoc omēs. ¶ Et ex
ponitur sic. Qui scz domin⁹ noster hiesus cristus Pridie
.i.precedēti die.q̄ȝ pateret' Accepit panem scz non ꝯsecra
tum In sanctas.i.sanctificatas Ac venerabiles.i.hono
randas manus suas Eleuatis oculis sursuȝ scz ẜm hu
manitatē Oculis scz tam mentis q̄ȝ corporis In celuȝ.i.
versus celum Ad te deū patrem suū scz ẜm diuinitatem.
omīpotentē Agens.i.refferēs Tibi gratias.i.gratiaruȝ
actiones Benedixit.i.ꝯsecrauit Fregit scz specieȝ panis.
Et dedit.i.porrexit discipulis suis dicēs. Accipite scz ꝑ fi=
dem Et manducate.i.comedite scz per caritatem.ex hoc
omnes. ¶ Circa quod notandū ꝙ ecclesia ī die cene spe
cialiter addit illam particulā.qui pridie q̄ȝ pateretur.pro
nostra oīm salute.quod est hodie ad singularē reuerē=
tiam hui⁹ diei.eo ꝙ ista die hoc venerabilissimuȝ sacra=
mentū sit institutū.in qua die desideratissimū est institu
tuȝ conuiuiū.ẜm ꝙ dominus dixit Desiderio desideraui
hoc pasca manducare vobiscū anteq̄ȝ patiar Luce.xxij.
¶ Sequit' Accepit panem ī sanctas ac venerabiles ma
nus suas In quo denotat'.ꝙ hoc sacramentū non nisi
in diuinis manib⁹ non viciatis sed ꝯsecratis.debet reue=
renter et venerabiliter tractari. Ex quo statim habet' ꝙ
solum sacerdos habet hoc sacramentū conficere. ¶ Ubi
sciendū ꝙ quatuor requirunt' ad conficiendū eucaristiā
vnde xsus Verbū materies intētio sensus et ordo. Cōue
niunt xp̄i vt corp⁹ conficiat' Primo verbū.i.forma ver=
borū que ista est. Hoc est em̄ corp⁹ meū. Istis verbis nō
ꝓlatis nō est ibi sacrm̄tū. Et si em̄ non de subā forme ver
borū est.tn̄ de bene esse ei⁹. Cetera verba scz qui pridie ⁊c.
addita sunt ex reuelatōe spūs sancti.ideo sine necessitate
nullo mō obmitti debēt Scd'o requirit' puritas materie
ꝙ de tritico puro debet esse hostia.q2 dn̄s grano frumēti

se cōparauit ¶ Tertio intentio ↄficientis. q̄ sacerdos intē dat spetialiter ↄficere Intentio em̄ semper est necessaria vel actualis vel habitualis. ¶ Et gn̄aliter debet habere intentionē illam. q̄ velit conficere ſm institutionē eccl'ie que ꝓ vtilitate vel necessitate gn̄aliter vel ꝑticulariter cō ficere instituit. Et ꝓpter hoc si quis ex ludibrio vl' stulti= cia proferret verba ↄsecratōis. super totū panem in foro et totum vinū in cellario. nō conficit. quāuis ipse etiā ha buit intentionē ↄsecrādi. vt quibusdā placet. quanq̄ q̄dā tenent oppositū vt patet ī dubijs misse. ¶ Sequit᷑ Ele= uatis oculis in celū ⁊c̄. Cristus in arduis agēdis semper eleuauit oculos in celū vt ī resuscitatōe lazari ioh. xj. In sermone quā fecit post cenā ioh. xiij. Ita quoq̄ ī ista hu ius sacratissimi sacrn̄ti institutiōe fecit. et quāuis de hoc hic euāgeliste mentionē minus faciāt. credit᷑ tn̄ ab eccl'a obseruari ex reuelatōe spūs sancti. Quādo sacerdos dicit hec verba. tollit panem de ara et recipit ad manus. ⁊ dū sic recipit. adhuc ibi nō est corpus xp̄i. sed a primo in vlti mo instanti prolatōis illorū verboꝝ. Hoc est em̄ corp⁹ me um. desinit esse panis. et incipit esse verum corpus xp̄i. Et ergo diligēter sacerdos caueat. q̄ panem nō consecratū nō nimis eleuet. nec aliquod signū adoratōnis exhibeat sed in omnib⁹ panem occultū teneat. ne populus circū= stans adoret et ydolatriā cōmittat. ¶ Sequit᷑ Benedix it. Hic fit crux sup panem. non q̄ cristus benedicēdo pa= nem fecit crucem. Sed fit crux ad panem conuertendu3 in corpus cristi. qui pro nobis immolatus est in cruce.

¶ Sequitur Fregit scilicet formaz et spetiem panis. Et notandum q̄ omnia verba que significāt corruptione3 vel atteritionem. et predicantur de eucaristia. referuntur ad illas speties quas vides. et non ad corpus cristi. sicut masticatur. frangitur. atteritur. diuiditur. ¶ Sequitur. Dedit scilicet corpus suū Quale autem. Innocenti⁹ re= spondet. Ego dominica sacramēta magis veneranda

q̃ discutienda profiteor. simplicitas fidei sufficit si dicat.
q̄ tale dedit quale voluit. Dedit et iude vt inquit Bern-
hardus noster. De vna mensa comedūt petrus et iudas
sed diuersimode vnus ad salutē alter ad damnationem.
¶ Sequit Accipite et mādućate .i. accipite cū deuotōe et
manducate cū veneratōe. Sequit Ex hoc omnes. Hoc
nullus euangelistarū addidit de corpore. sed de sangui-
ne bene dicit. bibite ex hoc omēs. et creditur ab apostolis
esse additū. Et dicit notanter ex hoc. quid hoc represen-
tat queri potest. vel quid demōstrat. an species vel panem
vel corpus cristi. Regula est cōmunis sacre scripture. q̄
frequēter in ea videtur agi de vno. quod tn̄ agitur de di-
uersis. vt est illud. Benedixit. fregit et dedit. benedixit pa-
nem. fregit formā seu spetiē panis. dedit corpus. Eodem
modo cū dixit. mādućate ex hoc omēs. Hoc pronomē hoc
ostendit integrū corpus. et illa prepositio ex innuit formā
diuisam. vt sit sensus. Comedite corpus meum sub forma
diuisum. Nam sola forma per partes diuidit et totū corpus
manducat. ¶ Sequit hoc est enim corpus meū. Quāuis
multe sunt opiniōes de hoc pronomie demonstratiuo hoc.
que tn̄ mihi videt esse communior hic recitatur. In ista ora-
tione. Hoc est corpus meū. per hoc demonstrat corpus cri-
sti. non pro isto tpe quo profert hoc pronomen hoc. sed pro
isto tpe in quo cōplete prolata est tota oratio. Et hoc de-
clarat sic. Sicut se habet sillaba ad dictionē. sic se habet
dictio ad orationē. Sed sillaba nō causat aliquē sensum
nisi dictione totaliter prolata. sic siliter et oratio. Et sicut
oratio nō causat sensum perfectum nisi sit totaliter finita
et prolata. ita ista nō est vera Hoc est corpus meum. nisi
oratione totaliter prolata. Et petrus comestor dicit q̄ cum
